



Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 8. Sacerdotes concionatores & præcones verbi Dei esse debent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54698

Ibidem & scientia scientiarum, Angelorum ferculum, Archangelorum voluptas, Apostolorum gloria, Patriarcharum fiducia, Prophetarum spes, Martyrum corona, robur Virginum, religiosorum refectio, Episcoporum vocatio, Sacerdotum cellarium, infantium exordium, viduarum Alphabetum, coniugatorum pulchritudo, mortuorum resurrectio, eterna denique viuentium protectio. An non miraris anima, tam locutus dum audis encomia? au non omnibus scientia omissis, soli Theologiae, scientiarum reginae cumbes?

CAPUT VIII.

Sacerdotes concionatores & praecones verbi Dei debent.

Omnis sacerdotum perfectio consistit in scientia & doctrina Exod. 28. Inter cetera Mosaici Sacerdotis ornamenti gemmas, erat Rationale, cui inscriptum era Symboli in morem duo illa verba, Doctrina & veritas: Pones in Rationali indicij doctrinam, veritatem, que erunt in pectori Aaron quando ingreditur coram Domino. Quo Symbolo denotatur Sacerdotes legis Evangelicae esse debentum doctos tum etiam praedicatores, quorum num per doctrinam, alterum per veritatem signabatur.

Isai. 58. Deus cum Isaiam Prophetam ad populum suum destinaret, hunc in modum illi locutus est. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuntia populo meo stelera eorum. Sacerdos à Deo prædicare eadem cum auctoritate missus, assiduo clamare & peccata debet, docte concionari & tubæ instar perfite illius ostendere, populo peccata & delicta sua annunciatando.

Corde

Cordata illa Israëlitis Judith cùm Sacerdotes A Sacerdo-
in Bethuliensi obsidione ad fortiter agendum ex- tum prædi-
horaretur ait, Et nunc fratres quoniā vos estis pres- cationes la-
hyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illo- lus & vita
rum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite. Scic- populorū
bat ne mē prudens illa virago Sacerdotum esse dependet.
prædicare, & ab eorum eloquio verbisque vitam Judith. 8.
salutemque vniuersorum dependere.

Ezechieli Prophetæ Deus olim hunc in mo- Sacerdotes
dum locutus est, Fili hominis speculatorem dedit te non prædi-
domini Israël. & audies de ore meo verbum, & annun- cates pec-
tiabis eis ex me. Si dicente me ad impiū Morte mori- catorum
eris, non annuntiaueris ei; neque locutus fueris ut aliorum
auertatur à via sua impia & viuat; ipse impius rei fiunt.
in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de Ezech. 30.
manu tua requiram Hinc inferendum est, Sacer-
dotes ad verbum Dei mundo promulgandum ele-
ctos, & in populorum speculatorum constitutos,
sicut orum in istar taceant, & aduersus peccato-
res non inclament, Deum salutem & vitam eo-
rum de Sacerdotali manu requisitum.

Sacerdotes (dixit olim per eumdem Prophe- Ezech. 44.
tam Dominus) populum meum docebunt, quid sit Populum
inter sanctum & pollutum, & inter mundum & doceat Sa-
immundum offendent eis: & cùm fuerit controuer- cerdos.
sia, stabunt in iudicij meis, & iudicabunt. Nouum
hoc fundamentum, quo nostra sententia nititur,
quod, quemadmodum Sacerdotes conscientia-
rum sunt iudices, esse quoque debeant prædica-
tores ad populos instruendos.

Vnde Paulus, V& mihi si non Euangelizauero, id V& Sacer-
dos à Dei prædicauero. Quod si verum dotti non
hoc est, vti reuera est, Sacerdotes illi miseri & concio-
infelices, qui Euangelizare & docere nesciunt, nanti-
id est Dei verbum ad erudiendos subditos &

O 3 salutem

**Sacerdotes
legati
Christi.
2.Cor. 5.**

**Sacerdos
qui præ-
dicat, du-
plici ho-
nore di-
gnus.
1.Tim. 5.**

**Sacerdos
prædicet
& arguat.
2.Tim. 4.**

17.

salutem animarum comparandam prædicare. Ministerij quoque sui præstantiam excellentiamque deprædicans hoc modo dicebat, Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortant per nos, id est legati Christi sumus, ut verbum illius populo annuntiemus. Hoc notate Sacerdotes ac memineritis, cum legati cælestes, & Messis nuncij sitis, Deusque per vos exhortetur, vestrum quoque esse, sub illo exhortari, ac velut vocis illius organa, vniuersum mundum docere.

Illi vero Sacerdotes duplice honore digni sunt, qui verbum Dei docent & prædicant. Vnde Apostolus, Quibene presunt Presbyteri, duplice honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Et contra verò illi duplice infamia & contumelia digni cœlendi, qui nec docere quod non nec in Ecclesijs verbum divinum sciunt prædicare.

Inter cetera quæ Thimotheo suo præceptabat Apostolus, prædicationis verbi divini impensis elucebat, dum ait, Prædicta verbum, in opportunitate, importunè, argue, obsecra, increpa, in omnipotentiâ & doctrina. E quo colligitur, Sacerdotem concionari debere, sed instanter & assidue, ignorantes docere, peccatores corripere; virtuag coarguere.

Vt autem quis bonus sit prædicator, teste Gregorio, charitate flagret oportet erga proximum caritatem atq; idcirco Dominus discipulos binos ad prædicationem mittebat, vt ita tacite doceret, eum qui In Lue. hom. charitatem erga alium non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debere. Sciant igitur Sacerdotes, qui prædicationis munus suscipi revolunt, si caritate destituantur, non debere cathedralm prædicandi ergo descendere.

Necesse quin etiam est, prius ut se doceat, quam alios

alios, nā teste Chrisostomo, omnis Sacerdos, si vult **Sacerdos**
docere populum, prius seipsum doceat; quod si facere **prius**
volit, ceteros docere, aut virtia coarguere nō prāsumat.
Quām enim dissentaneū est, Sacerdotes, alios vos
edocere velle, si vos ipsi edocendi sitis; quām ini-
quū, aliorū virtia coarguere, si vos virtijs scateatis?
Vnde sapienter monet Cassianus, Vide ne quēm-
quam docere verbis prāsumas, quod opere antē non fe-
cens. Quibus verbis aliud ostendere nolebat, quan-
tum ipse quidem sentio, quām Sacerdotem, si mo-
dō digne cōcionatoris munus obire vēlit, prius
perfectum in opere quām verbis esse debere.

In diuinis Sermonibus, ait S. Gregorius, prius
quam alijs eos proferas, temetipsum require, ne in se-
quacū aliorum facta, te deseras. Malē igitur sibi con-
fult Sacerdos, nec sapit, qui alijs concionari sa-
tagens, seipsum instruere ac dirigere non nouit. **Sacerdos**
seipsum

Sacerdos dicere nequit, inquit S. Prosper, ijs exentiāt
quimonita illius spēnunt, Iudicia Dei perhor- **Sacerdos**
re scite, si ipse perhorrescere negligat: nec mun- **prius ope-**
di amatoribus, nolite diligere mundum aut **ri quām**
vanitates, si ipse mundi amore detineatur: nec **verbo in-**
ambitiosis aut cupidis, desinete concupiscere & **eumbat.**
habeat finem avaritia; si ipse hac peste infectus, **Sacerdos**
& ambitiosus simul & avarus sit. Denique omne **faciat quām**
id, quod omittit aut committit, alijs committen- **doct.**
dum suadere, aut omittendum prohibere non po- **S. Prosper**
terit, quia necessariam docendi auctoritatem **Li. de vit.**
contrarieatate sue actionis aut omittit aut minuit. **ad. on. 25.**
Quām enim indecens & indignum, improbum **contempl. 6.**
virtutem alijs suadere; ad bonum alios exhorta- **15. Conc.**
ri, & ipsum in malum ruere præcipitem? hoc sci- **Paris c 13.**
licet verbum Dei blasphemare est, & verbis ope- **Opera po-**
ra opponere. **Sacerdos**
Sermonibus enīm, inquit S. Isidorus Pelu- **tiūs quām**
exiguntur. **fiota, Li. 3. ep. 238.**

sota, philosophari facile est, operibus autem ardum; illud enim seruit auribus, hoc erudit animam. Ideoque Deus Sacerdotibus inclamat Loquimini ad cor Ierusalem. Actionum & operum virtutem ab ijs exigit, quæ animas ferit, non verum sonitum verborum, qui auribus insonat. Sanctus igitur sit, qui sacerdos est & Sacerdotio iniciatus, non ulla licitum est prophano, se sacriss ingerere. quibus efficere volo, Christianam prædicacionem in moribus potius quam verbis considerare eumque dumtaxat qui utrumque habet magnum esse Philosophum.

*Hom. 17. in
c. 10. Luc.
Sacerdotis
vita lo-
quatur.*

*Lib. 3. de
sum. bon. c.
36.
In sacerdo-
te tria spe-
stanta.*

*Docere nō
facere nō
nisi dam-
nū adfert.
De cordis
comp.*

Audiamus quid hanc in rem habeat Gregorius Tunc alijs verè recta prædicamus, si dicta verbi exemplis ostendamus ac re ipsa. Inferre vult, nihil esse verbis elegantem ac disertum esse, si vita & actio simul etiam non loquatur.

Sicut in numismate, ait Isidorus Hispalensis metallum & figura & pondus inquiritur, ita in omnino doctore Ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. metalli qualitas, doctrinam; pondus militatem, figura verò imitationem ac similitudinem. Patrum denotat: qui verò tria haec in se non habuerit, non metallum, sed inutilis terra glorificaturus est. Insignis pro se ad comparatio ad monstrandum, Sacerdoti, ut bonus sit concionator, tria esse necessaria, scientiam, humilitatem & sanctorum Patrum imitationem.

Docere & non facere, ut affirmat Chrysostomus Docere nō non solum nihil lucri, sed etiam damni plurimum con fert. condemnari eum meretur is, qui verbo missu & lingua non ordinare, & interea vi ò opera vestigia negligit. Vobis hoc dictum est, sacerdoti, qui bene loquimini, bene autem vivere non oportet. damnationis enim vos periculo existitis, cum concio-

s autem
c erudit
clama,
operum
on veri
. Sancti
atus; no
gerere.
dicano
nsister
nagnu
egorius
verbis
le, nihil
i vita &
palent
a in om
eat, que
ndustri
tudina
no ha
glebas
o ad do
nciona
ilitate
stomac
m suau
operat
erdoce
s, can
concio

conciones doctas componitis, at vitam compo-
nere negligitis.

Muliercula illa, quæ coram Salomone con- 3. Reg. 3.
tendit, quamdiu vigilabat, filium quem vigilans Bona vita
lactare consueuerat, dormiens occidit. Ita quo- prædicati-
que, uti moraliter exponit Gregorius, doctores oni adhæ-
& concionatores vigilantes quidem scientia, sed rere deber.
vitadormientes, auditores suos, quos per vigilias Lib. 21. Mo-
prædicationis nutriunt, dum quod dicunt facere ral. c. 8.
negligunt, per somnum corporis occidunt, & ne-
gligendo opprimunt, quos alere verborum lacte
videbantur.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Con- De conuers.
siderate hoc diligenter, ait S. Bernardus, non dicit, ad cleric.
inquit Pacidici, sed pacifici. sunt enim qui dicunt ca. 35.
& non faciunt, sane quemadmodum non auditores l. Non sif-
giuisti sunt, sed factores; sic non annuntiatores pacis ficit conci-
beati sunt sed actores. Et benè quidem: atq; hoc vo- onari,
bis insculptum sit, Sacerdotes: neque enim suf- sed bona
ficit benè prædicare & dicere, sed necesse im- opera etiā
primis & benefacere. requirun-
tur.

Sicut stomachus, inquit Chrysostomus, accipi- Sacerdotes
ens cibum, coquit eum in semetipso; & per totum cor- similes
pus dispersit, sic & Sacerdotes accipiunt scientiam stomacho.
sermonis per scripturas ex Deo, secumque eamdem Homi. 83.
digerentes sancta quadam meditatione uiuendo de- in Matth.
mide populo eamdem distribuunt. Videte igitur Sa-
cerdotes quomodo vestra vobis verba & opera compo-
nenda & paranda sint. Hæc autem metaphora o-
stendit, esse Sacerdotum, cum stomachi sint reip.
& omnium omnino fidelium, sanctis meditatio-
nibus verbi Dei secum digerere, priusquam alijs
eadem disertiant.

G. Ius, inquit Gregorius, cum iam cantus ederetur gallo
parat prius alas concutit, & seipsum feriens vigi- similis.

O 5 lantio-

Cōciona-

lantio-

3.p. Past.c.
fin. et Mo-
val.l.30.c.4

lantiorem reddit: ita quoque necesse est, ut hinc
verba sanctæ prædicationis monent, prius tamen
bonæ actionis euigilent, ne in seipsis torpem
opere, alios excitent voce. Excitamini igitur
sacerdotes & operibus cantate, vos inquam quo-
rum est alios vestris excitare verbis.

Lib. 4. de

Sacerd.

Facta cum
verbis Sa-
cerdos ha-
beat.

Dist. 43. cap.

eod.

Quæ præ-
dicatori
necessaria?

Prudentia
conciona-
tori neces-
saria.

cap. 8.

Quæ ad
conciona-
toris per-
fectionem
requiran-
tur.

Nuda facta non satis sunt ad hoc, ut alios educ-
nisi & cum his verba accedant, ait Chrysostomus
nec ipse hoc, inquit, dico, sed Iesus Christus dicit
Quienam docuerit & severit, hic magnus vocabitur
in regno cœlorum. Vult igitur dicere, ad perfec-
tionem Sacerdotis duo hæc concurrere debere, & id
hæc simul stererint, cum demum perfectum ad
ficiunt consurgere.

Quantum porrò requiritur, ut bonus quis &
egregius dici possit concionator? sit rector, si
Gregorius, discretus in silentio, utilis & cautus
verbo, ne aut tacenda proferat aut proferendam
cessat. Ad eum ut concionatorem ambidextrum
oporeat, & duplice instruictum gladio, iam vio-
do eloquentia, iam silentium consecrando.

Cum se ad loquendum Sacerdos preparat, (iteo
dem loco Gregorius.) cum quanto cautela, studio
loquatur attendat; ne si inordinatè ad loquendum
rapitur, erroris vulnera corda audientium feriantur
sequebuntur, doctum & disertum ostentare vult, vanitas
notam incurrit. Discretio anima est predicatio-
nis, atque ad hæc omnia necessaria est prudentia.

Nullus Sacerdos habet Concilium Colonense
erit concionator absolute, cui preter vitam exen-
plarem, non adsent omnia que sequuntur: nempe
agnitio scripturarum utriusque testamenti, ingenio
velox, eloquentia vehemens, sermo dulcis, vox per-
sibilis, humana affabilitas, ratio moderata, in re-
omnibus prudentia, personarum, diuturna experien-

u, immobilia constantia; denique ipse Spiritus sanctus; qui solus ubi defuerit, cetera dona parum prouercentur: Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis: Omnes haec perfectiones ac dotes in anima quadam collectae, magnum haud dubie prædicatorem constituerunt, at ubi defecerint, non nisi mera vanitas, & lingnati nient.

Notat Hugo de sancto Victore, Pastorem triplicem habere debere vocem, suauem scilicet, dulcem & altam; Tres sunt, inquit Pastoris voces. scilicet suauis, dulcis & alta: suavis ad infirmum, ad momentem dulcis, ad surdum pertinet alta. Vocem habeat altam ad peccatores peccatis indormientes excitandos, dulce verò ad agonizantibus succunendum, suauē deniq; ad ægris opitulandum.

Innocentius Papa tertius addit adhuc, Prædicatorem habere debere aurum, argentum & bal- *In proemio*
samum, videlicet sapientiam & honestatem; ut *oper. 10.*
quæ dicit intelligat, & dicta intellectaque in opus Prædicator
cogat; quicumque enim fecerit & docuerit, hic sit sapiens,
magnum vocabitur in regno cælorum; alioquin eloquens
diceretur ei, Medice cura te ipsum, & sicui illi Eu- & honestus
angelicæ similis erit, folijs quidem onustæ, sed Matth 5.
fructu destituta. Quibus verò haec merces defuer-
int, sunt miseri & infelices illi medici, seipso Greg. l. 7. in
qui curare nequeunt, & maledictæ fiscus, nonni- dist. 2. ep.
verborum folia continentæ, & fructibus bonorum operum carentes.

Audite verò Sacerdotes, quibus prædicationis donum concessum est, quid sanctus vobis suggerat *In pharet. I.*
Bonaventura, Lingua vestra bonis fomentum sit, pra- *4.c. 5. 34. ex*
aculeus; tumidos retundat, iratos mitiget, *III.* *Greg. l. 7. in*
pigras exacuat, negligentes excitet: torpidis uertutæ pro- *Documen-*
persuadeat, turpis ab blandiatur, desperantes *ta s. Bona-*
confusus.

Pastor tri-
plicem vo-
cē habeat.
*Lib. de clau-
stro anima.*

In proemio
Prædicator
sit sapiens,
eloquens
& honestus
Math 5.
Luce. 4.

In pharet. I.
4.c. 5. 34. ex
Greg. l. 7. in
dist. 2. ep.

consoletur; & cum duces ductoresq; appellentur
salutis viam ostendite in via mundi ambulantem.
Quicumque igitur docendi alios officium
arrogant, & suggestum cupiunt conscenderet
hanc ad normam lese componant, ita vel
sua dirigant, hasque sibi doles comparare
deant.

*Pensare debet doctor, ait Gregorius, quid, a
Hom. 11, in quando, qualiter & quantum loquatur. Nam
Ezech. vnum horum defuerit, locutio apta non erit. Scilicet
Prædicator prudens sit peum quippe est, si recte offeras, recte autem non
& discreta. uidas, peccasti. Recte autem offerimus, cum bono
dico bonum aliquod opus agimus; sed recte non ad
dimus, si habere discretionem in bono opere possemus.
Meretur quippe res prudentem conseruationem, cum Sacerdotis honor in eo confide
& ipsa animarum salus.*

*Hoc sane, inquit Beda, scire debemus, quid se
cerdos alijs vestimentis induitur, dum est in sacra
ciorum ministerio, alijs vero dum procedit ad popu
lum. Quo edocemur, inquit, Sacerdotem
semper iisdem sermonibus uti debere, sed ini
gere, dum profunda tractat mysteria, repere ve
& deicere se, cum ad populum sermonem co
uertit. Ita fecisse comperitur prudens ille Sac
erdos Paulus, qui cum inter perfectos esset, per
etate loquebatur, & sublimia mysteria eructa
dicens, Sapientiam loquimur inter perfectos,
non sapientiam huius mundi. Cum vero inter
perfectiores versaretur, stylum mutabat, humi
raque docebat, dicens, Lac potum vobis dedit,
escam. Hinc autem prædicatoris sapientia
pendet, quod scilicet audientium se capaciteret,
attemperet, alta profundaque coram eadem
elligentibus, humiliaque verò & tenuia ap
plicabitur.*

*Hom. 11, in
Ezech.*

*Prædicator
prudens sit
& discre
ta.*

*n Leuit. 5.
1. Cor. 2.*

1. Cor. 3.

impliciores & minus profectos proferat.

Animalia Ezechielis alas habebant & pedes; Concionatus quidem ad volandum, illos vero ad incedentes si- dum per terram, Et penne eorum extenta desuper, miles ani- o ymumquodque eorum coram facie sua ambulabat. malibus Animalibus his persimiles sint concionatores, Ezech. Ezech. 1.

habent inquam alas simul & pedes; alas qui- dem ad sublimè loquendum, & mysteria inda- ganda; pedes autem ad sermonem deprimendum, & per terram rependum, resque communes ac vulgares iuxta plebeculæ captum pertractandas.

Et quoniam sæpen uimē vanæ gloriole puluis Vanæ glo- prædicatorum pedibus ad hærescit, det operam riam fugi- Sacerdos, eum ut excutiat, & salutari compuncti- ant. Aug. de forte etiam, ne cum alijs prædicauerit ipse repro- doct. Christ. bus inueniatur. Quam euim miserum & cala- c. 4. c. 15. mitosum, Prædicatorem, postquam alios ad Greg. 2. p. salutem perduxit, sui ipsius damnationem incur- Past. c. 8. p. rere? 3. adm. 25.

An non verè miserum & funestum, omnes illos fabros & naupegos, qui arcam Noëi construxeré, Vanicon- pessum iuissé, & aquarum diluvio immersos per- cionatores iisse, alijs saluandi causa, naue constructâ? Maius similes hauddubie infortunium & calamitas doctoribus illis accidit, qui post quam tantopere insedarunt, naupegis Atcæ Noëi tantumque contenderunt, alios ut prædicatione Gen. 6. ad vitam veritatis & salutem perducerent, diui- næ iustitiae aquis tandem immersi obruuntur, & pereant.

Sacerdos Denique Sacerdotes ex officio tenentur præ vitia non dicare, plebem edocere, & in virtute leuerâ anim- castigans aduersione iusurgere; atque ita iusurgere, nisi id approbat, facere negligant, eadem approbare, eorundem Epist. 93. c. que se reos constituere videantur: nam, ut Leo 15. de bare. Magnus sic. c. 2.

Magnus testatur, Sacerdos qui alium, cumplicem
ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat.
Terribilia profecto verba; vera tamen, & in vos.
Sacerdotes, prolati, scilicet, quando, cum licet
rit, malefactores & iniquos non corripuerit, sed
dem vos via incurrere.

Diss. 83.e.

Eod.

Peccata
non cor-
ripere, fo-
uere est.

Error cui non resistitur, ait Papa Innocentius, probatur; & veritas cum minimè defensatur, opponitur. impios enim, cum potueris, non delinquent & corripere, souere est, & occulti commercij socii tatisque suspicio est, cum criminis manifesto non occurritur & resistitur. Quid igitur facturis predicatoribus? quomodo salutem vestram operabitini! cum omnibus peccatis, quæ non corripitis, consentiantis, & de ijsdem reddererationem vobis

In Lenis. I. I. oporteat?

cap. 4.

Peccatum Sacerdotis, ait Hesychius, peccatum Sacerdotum populi appellat legislator: Sacerdos enim negligens eum vbi alios peccans vel peccantes non coarguens, alios liberius non reprehendens, ad similia peccata inuitat. Quam periculosus status sunt causa imputentur & cum populo damnationem incurrente, pastores eamdem sortem subeant, si illuc peccata non reprehenderint, nec castigant.

Epist. 105.

Vnde Hieronymus, Attende Sacerdos, perierat Sacerdotus populus, nisi Moyses confregisset iram omnipotenti Dei: & tu cum videris populum delinquentem, canentes tuba, annuntians eis delicta eorum teq[ue] iracundia iram Dei auertunt. Dei obijce, ut fulmina furoris eius auertas. Boni igitur Sacerdotis est zelum Mosis imitari, aduertire peccata populi debacchari, Deique iracundiam in illud ceruicibus eius auertere.

H. in illud

Dignus est Nos, inquit S. Gregorius, qui ex oblationibus operarim. delium vivimus, quas illi pro peccatis suis obtulerunt, si comedimus & tacemus, eorum proculdubio peccata

manducamus. Hoc cogitent Sacerdotes, & consi- Sacerdoti
derent, se, dum ex oblationibus peccantium vi- imputan-
tur, de eorum peccatis participare, si eadem re rur delicta
prehendere negligant.

Ideo Sacerdos peccantibus non nimis connive- Sacerdote
it, sed verè se rigidum ac seuerum ostendat erga imputan-
delinquētes: nam teste Origene, dum vni parcunt, rur delicta
universa Ecclesia moliuntur interitum, qua ista bo- quæ non
nitas? qua ista misericordia? vni parcere, & omnes corrigit.
in discrimen adduceret. Et sanè, ipsa benignitas & indulgeār.
indulgentia in Sacerdote obsunt sæpenumerò, at
seueritas prodest: nam pro vno, qui benignitate
forsitan saluari potest, milleni & infiniti alij ani-
mæ perniciem incurunt.

Vno peccante ira Dei super omnem populum venit. Sacerdotes
Hoc quando accidit? quærido, inquit Origenes, Sa- fuit seueri
cerdotes qui populo præsunt erga delinquentes beni- erga pec-
cata. In videri volunt, & Sacerdotalem seueritatem exer-
cere negligentes, illud scriptura contemnunt, Pec- Num.16.
canes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem Orig. Vbi
habeant. & illud, Auferte malum ex vobis metipsis. supra dist.
Rigidos vos igitur demonstrate, Sacerdotes, ad- 43. c. sed &
versus peccatores insurgite, in eorum virtute de- illud. dist.
bacchemini, ne fortè si nimis indulgentes fueri- 50. c. si quis
tis, vobis Deus irascatur, ac deinde puniat, vosque Diaconus.
puniendo in omnem simul populum animad- 1. Tim.5.
verrat.

Nihil, ait S. Ambrosius, in Sacerdote tam pericu- Lib.5. Epist.
losum apud Deum, tam turpe apud homines, quam 29.
quod sentiat nō liberè denuntiare. scriptum est enim, Sacerdos
Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, libere lo-
& non confundebar. Periculorum enim est animæ quando
aque imprimis noxiū, si Sacerdos veritatem nihil time-
at.

Sacerd. Psal.118.

Sacerdotes, inquit Chrysostomus, sunt edificatores, qui generationem super generationem per doctores adificantes, quasi lapidem super lapidem poscentes.

Hom. 4. In

Matth.

nam adificantes, quasi lapidem super lapidem poscentes domum Dei componunt: quemadmodum enim opifices ferro omnem nodositatem & tumore lapidum tollunt, ac deinde adficio applicant, os que enim lapides, nisi polirentur, simul vniuersitati coaptari commode possent. Ita quoque doctores Ecclesiae peccata rescindere debent, & hominum vitia velut nodositates quasdam & tubera seuem castigationis ferro resecare, atque ita illos Ecclesiastis adficio adaptare debent, non enim manebus peccatis Christiani inter se facile conuenient possent. Insigne profecto adficium est, quod constructis, Sacerdotes, ipsa scilicet animarum salus.

Sacerdotes ob aliena damnantur peccata, si non corripiantur.

Ezech. 3.

*Isidor lib. 3.
de sum. bon.
c. 46.*

Heli ob filiorum peccata punitus.
*Lb. I. Reg.
c. 1. S. Basil.
in reg. breu.
tuber. 47.*

Orem nouam & inauditam! Sacerdotes, teste Divo Isidoro, pro populo*rum* iniquitate damnatur, si aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant. Testatur quippe per Prophetam Deus: speculatori dedi te Domui Israël; Si dicente me adipicium, Morte morieris; neque locutus fueris ut auctoratur a via sua impia & viuat: ipse impius iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de munitione requiram. Numquam igitur, Deus, aduersus impios clamare desinam, eorumque vita contumaciam neglexerem, perniciem & exicum anima incurru-

Summus Sacerdos Heli pro filiorum iniquitate damnatus est, quod eos peccantes & liberatos in vita minus severa animaduersione plecteret. Memiserū, exclamat Isidorus, corripuit illos quodam & castigauit, sed clementia & benignitas paterna, non verò auctoritate & severitate pecticia. Ex hoc igitur exemplo videat Sacerdotes, quod

cos maneat ob delicta filiorum, id est plebis ini-
quitatem, castigatio ac supplicium: quamuis e-
nim sancti sint, ipsa populorum peccata, si eadem
non corripiant, illis tandem imputabuntur.

Debitum quippe rectoris est, inquit Gregorius, sub-
ditorum mala, quae tolerari leuiter non debent, cum 10. p. 3. ad
magna teli asperitate corrigerere; ne forte si indulgen-
tior fuerit, & minus seuerè castigauerit, ipse reus ha-
beatur. Hoc igitur vobis quoddam praetudicium
est, Pastores, vos si forte in delictis castigandis
molliores & teneriores sitis, in caput vestrum
supplicio corripiendos.

O rem horribilem! Cui dispēsatio verbi commissa
est, ait S. Prosper, etiā si sancte viuat, & tamen per-
reprehēn-
dite viuentes arguere aut erubescat aut metuat, dere vera-
cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit, Et tur se cum
quid ei proderit nō puniri suo, qui puniendus est alie- alijs perdit
no peccata? Hic cōtremiscite Ecclesiastici, ac scito- Lib. 1. de vita
te vos, si alios corrigerere neglexeritis, tandem puni- contem-
endos; & quamuis alioquin sanctissimi sitis, ob. c. 20.
aliorum tamen peccata castigabimini.

Idem quoque Prosper eodem loco ait, specula. Sacerdotes
tore Sacerdotē appellat Propheta, ut sicut speculato- in sacrī li-
nis est de loco editiore prospicere, & plus omnibus teris specia
contemplari; ita Sacerdos debet esse proposita subli- latores
mitate celsior cunctis; atque ut dignitate ceteris su- dicti.
pereminet, sic quoque maioris scientiae habere gra-
tiam, qua possit sub se viuentes instruere. Mea quidem
sententia dicere vult, prædicatores, cùm Ecclesiæ
speculatoris sint, in sublimibus Theologorum
Cathedris constitutos speculari debere, atque
omnem in partem circumspicere ne quid Chri-
stiani fideles detimenti capiant.

In Apol. ad

Hinc, teste B. Cyrillo Alexandrino, si Sacerdos Theodore.

P quo-

Sacerdos
tacens
multorum
malorum
causa.

Prædicato
res homi-
cidæ sunt,

cum pec-
catoribus
minati non
fuerint.

*Hom. II. in
Ezech.*

*Alios Sa-
cerdos non
reprehen-
dens occi-*

*reprobatur
in peccato
etiam si
non faciat
homicidium*

*Greg. l. 7
ep. 114.*

Iuop. 6. c. 15.

*Ioan. Pa-
pa S. dist.*

86. c. 15.

quoniam speculator à Domino constitutus est popu-
lis sibi concredit, malum quod lèdere solet ammu-
nauerit, hac sibi vigilancia coronam conciliabit: ut
tacuerit mutus, eisdem malis involvitur, quibus
Deus in hac vita affligere homines solet; quin et
iam ingentem calamitatem adfert ijs, qui si mo-
do inclamasset, resipuiscent, & ad meliorem fra-
gem rediissent. Inclamate igitur speculatori,
alta inquam voce inclamate, cum pericula pro-
spicitis: vbi enim tacueritis, damnationem vo-
bis accersitis, vbi verò tubam insonueritis, ad
conflictum exhortantes, ingentein vobis gloriam
causamini.

Audite etiam quid teterius. Ait Magnus Bi-
lius, Cui docendi munus commissum est, si is aman-
tiare neglexerit, perinde ut homicida iudicatur. A
hæc verba exhorrescite Sacerdotes, ac dispiici-
quotnam committatis homicidia, quot iuguleri-
animas, cum ex officio vestro aduersus peccato-
res non inclamatis, nec vitia taxatis.

Eidem opinioni insistit Gregorius magnus:
Nos qui Sacerdotes vocamur, supra ea mala qua po-
priahabemus, alienas quoque mortes addimus:

Sacerdotes enim homines occidimus, quot ad mortem ire quo-
culpantur die tepidi & tacentes videmus. Quot, eheu! ho-
ob ea quæ micidæ, quot sicarij, quot gladiatores inter se
non corri-
piunt.

correctores & castigatores inuenire sit: si em-
peccata non reprehendere, peccatores iugulari-
sit, veri illi in Ecclesia sunt homicide.

Facientis proculdibio, ait Gregorius, & alijs
ri magni, culpam habet, qui quod potest corrige-
negligit emendare: scriptum quippe est. Non solum
qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facient
participes iudicantur. Ille siquidem vitia se de-
stat

stari testatur, qui vitiosos coarguit: primus quoque innocentia gradus est, nefaria odisse. Quin etiam iniquitati consentire, inquis est ansam peccandi tradere, ac delinquentiae viam referare. Nec magnuni est hominem ob propria non damnari peccata, si ob aliena tandem damnationem incurrit. seuera quidem iustitia, sed æqua tamen & iusta, Sacerdotem, qui peccatores corripere negligit, suo tandem dispendio scelerum illorum punitionem experturum.

Hortamus vos igitur, ait magnus quidem Doctor, Domini Sacerdotes, paratos esse ad docendas plebes vestras, qui scripturas scit, prædicet scripturas: qui vero nescit ea, saltem quem norit dicat, vt fugiat salicet malum & faciat bonum, pacem sectetur & sequatur, oculi enim Domini super iustos. Ad hanc vero exhortationem addere de meo volo, vosq; commonere Sacerdotes, vt Euangelizetis pauperibus, cathedras concendatis, in parochijs verisconcionemini, aduersus virtia debacchemini, ignorantes doceatis, & animarum salutem procuratis. Hæc enim omnia ad officium vestrum spectat.

CAPUT IX.

Sacerdotes patientes sint.

Tanta porro patientia dignitas & excellentia est, vt quotquot eam penitus inspexere, in ea Quid sit animæ possessionem consistere dixerint, quia r. Patientia. dix omnium custosq; virtutum est patientia. Per patientiam autem animas possidemus, eo quod dum nos ipsos reprimere ac vincere discimus, tunc possidere quod sumus incipimus. Patientia enim nihil est aliud, quam aduersitatum impetum magno & invicto animi labore sustinere, atque aduersus omnes tristis fortunæ insultus gerosum, & masculum animum demonstrare.

*Greg. hom.
38. in cap.
21. Luc.*

P 2

ipsa